



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Poemata Ferdinandi Episcopi Monasteriensis Et Paderbornensis, S. R. I. Principis, Comitis Pymontani, Liberi Baronis De Furstenberg

Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>

Parisiis, 1684

De Theodoro Furstenbergio Magno Patruo, ... Aedes Cathedralis ...
Tumulus Clarissimi Gallorum Ducis Henrici Vicecomitis Turennii

urn:nbn:de:hbz:466:1-7748

74 FERDINANDI EPISCOPI MONASTER.
DE

THEODORO FURSTENBERGIO
MAGNO PATRUO,
EPISCOPO ET PRINCIPE PADERBORNENSE,
SUMMO MUSARUM FAUTORE ET CULTORE.

QUI statuis Musis & doctæ templa Minervæ
Ad Paderæ, quales sunt Heliconis, aquas:
Qui recitas servasque sinu, memorique revolvis
Mente, cothurnati grande Maronis opus:
Musarum hoc studio, PRINCEPS THEODORE, mereris
Mnemosyne celebret nomen ut usque tuum.

ÆDES CATHEDRALIS

*Reliquaque Templa Trajecti ad Rhenum, cujus mœnibus Gallus
hostis pepercerat, subito ventorum turbine disjecta, & horribili
ruina deformata. An. M. DC. LXXIV. Kal. Aug.*

MŒNIA Trajecti qui lustras proxima Rheno
Gallorum hostili non labefacta manu,
Ne disjecta gravi mireris templa ruina
Turbine præcipitis procubuisse Noti:
Quando profanatis iratum jure tot aris,
Stantia non poterant templa probare Deum.

TUMULUS

CLARISSIMI GALLORUM DUCIS
HENRICI VICECOMITIS TURENNII

*Globo tormenti majoris prostrati, in prælio prope Sasbach cum
Casareis habito. Anno M. DC. LXXV. exeunte Jul.*

INGENS fulmen erat belli TURENNIUS Heros,
Mœnia seu forti rumperet alta manu,